Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Ex Libris D. Dionysii Carthusiani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49323

EX LIBRIS D. DIONYSII Carthuſiani.

LEx metuēda premit, mortalibꝰ oībus vnā
Mors cita, ſed dubia, nec metuēda venit.
Circuit & ſurgens ſol vitā præſtat, & idē
Cum cadit, annihilat, quod nihil ante fuit.
Paſſibus inuigilat noſtris mors omnia rodens,
Nec ſinit eſſe diu, quicquid in orbe fluit.
Paſſibus innumeris agitatur in æquore puppis,
Sic rapitur varijs vita agitata malis.
Fluctibꝰ aut morbo, ſeu flāmis, ſtrage, veneno,
Mare, fames, calidum, frigora, cura nocent.
Ergo quis in tantis poſſit, cras, dicere, viuam,
Cum videat, quoties mors male viſa ferit?
Finge quod aſpicias morietem, ſed freme, nāq;
Conſimili pœna te vocat vna dies.
Finge quod aſpicias corroſum vermibus, eccē
Conſimili dente te petit illa lues.
Ortum quæq; ſuū repetunt, terramq; ſequuntur,
Flos fluit, vmbra fugit, omnia nata cadunt.
Nil reputo lōgum, dubius quod terminus angit,
Craſtina forte dies, eſt mihi ſola dies.
Proh quicunq; dies ſibi longos æſtimat, errat,
Nulli eſt tota dies viuere tuta dies.
Mille fuere viri, milleni, millia mille,
Corpus humo putruit, nomine fama caret.
Sed ſupereſt meritis mercedem ſumere dignam,
Optima pro meritis, & vitioſa pati.
Aſpice iudicium metuendum iudice tanto,
Qui vocat, & veniet illa tremenda dies.
Quæ feciſſe voles hoc tempore, quo morieris,
Perficias hæc, dum corpore ſanus eris.
Vado mori, credens per longum viuere tēpus,
Forte dies hæc eſt vltima, vado mori.

PRAE-